



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

2219. König Albert beleihet seine Söhne Rudolph, Friedrich und Leopold mit
Oesterreich, Steier, Crain, der Wendischen Mark und Portenau in
Gegenwart der Markgrafen Otto, Hermann und Heinrich von ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

Leppin septuagintaduo talenta, dabit septem talenta et III^{or} solidos; Plote quadraginta talenta et quinque solidos, dabit quatuor talenta et sex denarios; Petersdorp quadraginta talenta octo solidis minus, dabit quatuor talenta decem denariis minus; Golembeke decem et octo talenta cum dimidio, dabit trigintafex solidos et sex denarios; Willershaghen decem et novem talenta et VI solidos, dabit duo talenta decem et septem denariis minus; Parsenow quinquagintaquinque talenta, dabit quinque talenta cum dimidio; magna Melfow vigintiocto talenta cum dimidio, dabit tria talenta tribus solidis minus; Lype quadraginta talenta cum dimidio, dabit quatuor talenta et unum solidum; Rulow trigintaseptem talenta, dabit III^l talenta et III^{or} solidos; Mertinsdorp dabit undecim solidos tribus denariis minus; Arnoldestorp dabit octo solidos; parua Melfow soluit III^l talenta, dabit V solidos; Camyn dabit sex solidos et Genzcow dabit vigin[t]res solidos. Summam horum centum talentorum nullus officialium, advocatorum vel bodellorum nostrorum et successorum nostrorum colliget, sed solum hii, quos eedem sanctimonialia ad hoc duxerint statuendos, qui plenariam habebunt potestatem, dictam summam a quolibet debitam per inpignoracionem si opus fuerit extorquendi. Ut igitur hec nostra donacio eidem sanctimonialibus per nos et nostros successores inviolabiliter perpetuo observetur, presentes inde confectas sigilli nostri appensione iussimus communiri. Testes quoque hujus sunt magister Nycolaus Prepositus in Vredeland, Johannes plebanus in Brandeborch, magister Johannes plebanus in Zstargard, Theodericus plebanus in Lychen, capellani nostri, frater Ulricus Swaf dictus, Conradus de Veltbergh, Bernardus de Peccatel, Christianus et Buffo de Dolla, Henricus de Lankow, Wilhelmus Soneke, Wilhelmus de Lubbrechzdorp, Albertus de Heydebrake, Henricus Soneke, Eghardus et Albertus de Dewiz, Enghelko de Holtztendorp et Conradus Schepelitz, milites, et quamplures alii fide digni. Actum et datum in Lychen, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, die nativitatibei Johannis baptiste.

Aus Boll's Gesch. des Landes Starg. I, 333, wo folgende Notiz hinzugefügt ist:

„Nach dem besiegelten Originale im Großherzogl. Archive zu Schwerin mitgetheilt durch Herrn Archivar Eisch. — Die Jahreszahl lautet jetzt im Originale millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, allein an der Stelle von secundo stand ursprünglich eine andere Zahl, welche austradirt und dafür mit jüngerer Schrift (nach dem Urtheil des Herrn Archivar Eisch etwa aus dem 15. Jahrhunderte) die Zahl secundo gesetzt ist. Die von Heinrich von Mecklenburg im Jahre 1300 ausgestellte Bestätigung der vorstehenden Urkunde transmittirt dieselbe und hat die Jahreszahl nonagesimo octavo, welche also unzweifelhaft als richtig zu betrachten ist.“ Unter der Jahreszahl 1292 findet sich diese Urkunde mit manchen Fehlern, gedruckt nach Schröders Baviß. Mecklenburg S. 816. im I. Bande dieses Codex S. 202. 203.

2219. König Albert befehlt seine Söhne Rudolph, Friedrich und Leopold mit Oesterreich, Steier, Crain, der Wendischen Mark und Portenau in Gegenwart der Markgrafen Otto, Hermann und Heinrich von Brandenburg, am 21. November 1298.

— Testes sunt venerabiles Gerhardus Maguntinensis, Wichboldus Colonienfis, Boemundus Trevirensis et Chunradus Saltzburgeris ecclesiarum Archiepiscopi; Lupoldus

Babenbergenſis, Mangoldus Herbipolenſis, Heinricus Conſtancienſis, Petrus Baſilienſis, Emcho Friſingenſis et Wernhardus Patavienſis Eccleſiarum Epifcopi; Illuſtres Rudolphus Comes palatinus Reni, dux Bawarie, Rudolphus dux Saxonie, Otto, Hermannus Heinricus, Marchiones Brandenburgennes, et Heinricus Dux Karinthie; Spectabiles viri Joannes Burggravius de Nuremberch, Burchardus de Hohemberg, Eberhardus de Wirtemberch, Ludwicus de Oetingen etc. — Datum in Nuremberch, anno Domini MCC nonageſimo octauo, XI kalend. Decemb. Ind. XII, Regni vero noſtri anno primo.

König's Cod. dipl. Germ. II, 485. 486.

2220. Die Markgrafen Otto und Hermann fordern Lübeck auf, zur Beilegung des Zwistes zwischen der Stadt und dem Biſchof Burchard, Geſandte an ſie abzuſertigen, am 24. Nov. 1299.

Otto et Hermannus, Dei gracia brandenburgennes marchiones, Viris prouidis ac honeſtis, conſulibus, ſcabinis, ſculteto totique uniuerſitati ciuitatis Lubeke cum bone voluntatis affectu ſalutem. Notum vobis (fieri) cupimus litteras per preſentes, quod a domino noſtro Alberto, ſereniſſimo Rege romanorum, diſtrictè recepimus in mandatis, auctoritate ipſius in hoc plena nobis credita et commiſſa, ut diſcordiam et controverſiam inter venerabiles viros Dominum Episcopum et canonicos veſtre ciuitatis, parte una, et vos, parte altera, conplanemus et componamus amicabili unioni; in hiis mandatis dicti domini noſtri alberti regis romanorum nos oportet obedire. Rogamus vos igitur animo diligenti, nichilominus auctoritate nobis commiſſa precipientes, ut poſt receptionem preſentium, ſine dilacione aliqua, aliquos de veſtris conſulibus diſcretioribus in plenitudine poteſtatis pro dicto negotio ad noſtri preſenciam transmittatis, cum quibus medium bonum adinuenire poſſimus ad hanc concordiam ordinandam, dei ſubſidio mediante. Per litteras preſentes ad nos veniendi ad propria redeundi vobis veſtris que comitiuis, pre nobis ac uniuerſis, qui noſtris mandatis obediunt, conductum danus et conferimus penitus liberum et ſecurum. In huius rei euidentis teſtimonium hanc litteram noſtram patentem conſcribi iuſſimus, noſtris ſigillis communitam. Cetera Lator. Datum in caſtris ante villam angrim, anno Domini M^oCC^oXCIX in vigilia Katerine virginis.

Aus der Lübeckſchen Urkundenſammlung I, S. 626. 627.